



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

§. 5. Speret peccator veniam, quia alijs data.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79369)

Facta est fames valida in regione illa; & ipse capit egere. Luc. 15. 14. Ad medelam erui regionis illius adhaest. v. 15. Sed ait ipse: ego hic fame pereō! Hic fame perit, ubi famis remedia requirit. S. Chrysol. f. 1. sic invenit, qui se negat patri, qui se committit extraneo: ut sentiat severum iudicem, quem fugit indulgentissimum provisorum. Ubi in patre collocavit spem, invenit plenam optimis cibus mensam. Naxera in Jos. 23. §. 21.

Hominem non habeo. Joan. 5. 7. Hominum spe relicta, ad Dei opem confuge. Eger ad piscinam, incassum expecta per tot annos hominum benevolentia, repente sanatus est à charitate divina: quod forte impetrasset jam ante annos triginta septem, si nullum hominem in desiderio cordis habuisset. Olivat 3. conc. 16. 2. Ven. Quadr.

Teneamus spei nostrae confessionem indeclinabilem. Hebr. 10. 23. S. Anselmus: indeclinabilem, id est, quæ deorsum non inclinatur, ut detrudatur ad cupiditatem opum, rerumque terrenarum; sed semper, quasi ignis, tendat ad desiderium honorum celestium, & æternorum. Cornelius.

In spem vivam. 1. Petri 1. 3. S. Gregor. mor. 31. c. 34. vel 18. arentia corda sunt hominum, quæ in huius sæculi peritura spe plantata, æternitatis fiduciam non habent. Vivent autem, quæ illi hæreditati inhaerent.

Ex Patribus, & aliis.

Nec ideo Troja periit, quia Minervam perdidit. Quid enim prius ipsa Minerva perdidit, ut periret? an forte custodes suos? hoc sane verum est: illis quippe interemptis potuit auferri. Neque enim homines à simulachro, sed simulachrum ab hominibus servabatur. Quomodo ergo colebatur, ut patriam custodiret, & cives; quæ suos non valuit custodire custodes? S. August. de Civ. l. 1. c. 2.

Propheta dixit: *maledictus omnis, qui sperat in homine.* Jer. 17. 5. nihil enim est eâ debilius: est enim vel relâ araneæ, imbecillior. S. Chrysol. in Pf. 117. Ita ille legit.

Jacens anchora cum funibus nauticis in orbis positus. Lem: *In immensis spes ultima desinit orbis. Spes (justorum) immortalitate plena est.* Sap. 3. 4.

Lux copiosa tenebrosum cubiculum illuminans. Lem: *Spes insperata pusillos - excitat, & mediò facit exultare serenò. Gloria mur in spe filiorum Dei.* Rom. 5. 2. Hefius.

Vapor è face ardente sequens, in altum flammam. Lem: *Quò vivens spiravit; eodem.* Spirat adhuc moriens, speratque invisere cœlum. *Propter spem, quæ reposita est vobis in cœlis.* Coloss. 1. 5.

Super altra sax ascendit, ascenditque vapor Moriens eodem. Vile sit, sit horridum, Sit lucis expers corpus humanum: tamen Quò casta mens præcedit, inveniet viam, Cœloque purum sidus ardebit suo.

Animare spes extrema morientem potest. Hefius.

Genius bullas fiat. Lem: *spes rebus affixa rugacibus uno frangitur afflatu. Disperiet, inquam aqua supervacua.* Sap. 16. 29. Idem.

§. V.

Speret peccator veniam, quia aliis data.

Num. 1.

Symbola.

Curremus. Cant. 1. 3. Propter mansuetudinem, quæ in te prædicatur, currimus post te, Domine JESU! audientes, quòd non spernas pauperes, peccatorem non horreas. Non horruisti confidentem latronem, non lacrymantem peccatricem, non Chananeam supplicantem, non deprehensam in adulterio, non sedentem in telonio, non supplicantem Publicanum, non negantem Discipulum, non persecutorem Discipulorum, non ipsos crucifixores tuos. S. Bernardus f. 22. in Cant.

Pone veteres pannos. &c. Jer. 38. 12. S. Gregor. mor. 35. c. 8. oportet interfici panni veteres, cum quibus melius teneantur funes. id est, oportet, ut præcedentium confortemur exemplis; nè infirmos nos, ac timidus, præcepta subtilia vulnerent; dum levant. Et Bacchiarius ep. ad Januarium: mittamus lapso pannos veteres, id est, reducamus in memoriam ejus exempla antiquorum, qui collapsi in peccatorum; postmodum de profundis maiorum per poenitentiam ad superna relati sunt; nè desperet, Cornelius hic.

Num. 2.

Exempla.

David.

Eduxit me de luto miseria, & de luto facis, & statuit super petram pedes meos. &c. Pf. 39. 3. Prius de luto pravitatis educitur; ut ejus pedes per fidem in petra solidentur. Sed quia rectam fidem recta subsequi debet operatio; gressus ejus directi sunt: ut post directionem gressuum, id est, post perfectionem boni operis, in ore acciperet etiam Canticum prædicationis. S. Gregor. hom. 9. in Ezech. 2.

Docebo iniquos vias tuas, & impii ad te convertentur. Psal. 50. 15. David geminò notatus, adulterii, cœdisque, stigmate; inusitam criminum infamiam abolendam sibi statuit peccatorum curatione, aut certe curâ: *docebo* &c. Ratus scilicet, tutiorem sibi ad veniam aditum patere nusquam; quàm si non caveam sibi ad lugendum, sed cathedram ad docendum, extrueret. Oliva l. 1. Strom. §. Tu aliquando conversus &c. David, cum, in expiationem criminis sui, charitatem Patris flagigaret; non eâ usurum se in cultum Numinis protestatur; sed in culturam iniquorum. Psal. 50. 14. *redde mihi lætitiã salutaris tui.* Et quò te convertes? ubi te Spiritus Dei, qui amor est, infederit ad salutem? quibus Deum hostis honorabis? Nullis. *Si voluisset, dedissem utique.* Quid ergo amore plenus Dominò exhibebis? *docebo iniquos* &c. Ergo Paraclètò inundatus David, non figendis Deo oculos vacabit; sed extergendo scelestorum puri manus, spongiasque, admovebit: non ignarus, amantiorum tum se fore Numinis, si fratri diligentius, quàm Deo, famuletur. Id. l. 3. Strom. Luc. 23. nolite flere super me.

Rrr 1 3

Liber

61

con-
nem,
quòd,
dum
amo.1.
non
gu-
are,
Dei:
cum
2. 5.stis,
quòd
tio-
c. deunt,
ab
cir-
pen-
uan-
fia:
llis.
elo-
gnæ
tus.Se-
ad-
en-
in
in
or;
de
im
vi-
uit.
no-
na-
gi;
n,
ur.ni-
n-
lis
n.
n-
e-od
as
ui
ni-
ex
o-
e,
9.
er.
ui

Liber generationis Jesu Christi, Filii David. Matth. 1. 1. Ut peccatores, ad agendam poenitentiam, & spem veniæ, excitaret; prius, Davidis, quàm Abrahamæ, filius voluit vocari. Accidit, pauperes ostiatim eleemosynas mendicare; ingressumque in aliquam domum pauperem alium panem in sacculum, pecuniamque in crumenam, imponere vident; mox dicunt: hic oportet nos eleemosynam petere: nam ubi tam larga eleemosyna huic pauperi data est, nobis etiam magna donabitur: nam liberalis aliquis dominus in hac domo videtur habitare. Idecirco voluit Dominus, ut S. Evangelista peccatorem David initiò genealogiæ Christi poneret; & tantum hoc beneficium, & eleemosynam, coram nobis reciperet; qualis est, eum Sanctis Patriarchis Abrahamæ, Isaac, & Jacob, anteponi: quòd hinc nobis miseris, egenisque, peccatoribus confidentia oriatur, ad supernam, similemque misericordiæ eleemosynam accipiendam. Diez, conc. 1. in Nat. B. V.

Tres Reges.

Ecce Magi. Matth. 2. 1. Graves Patres tenent, fuisse maleficos. S. August. s. 2. de Epiph. S. Ambr. in Luc. S. Hieron. in c. 19. If. S. Chrysost. hom. 1. ex var. in Matth. tacite respondet objectioni, quare isti falsæ religionis cultores sunt vocati? nè aliquis desperaret, inquit, posse sibi salutem Credenti donari: quia jam conficeret, Magis esse donatam. Sylveira hic.

Matthæus.

Vidit hominem sedentem in telonio Matthæum nomine. Matth. 9. 9. Ceteri Evangelistæ, propter verecundiam, & honorem, Matthæi, noluerunt eum nomine appellare vulgato, sed dixerunt *Levi*; duplici quippe vocabulò fuit. Ipse autem Matthæus Matthæum se, & Publicanum, nominat: ut ostendat legentibus; nullum debere salutem desperare, si ad meliora conversus sit; cum ipse de Publicano in Apostolum sit repente mutatus, S. Hieron. hic.

Et factum est, cum accumberet in domo illius, multi Publicani, & peccatores simul discumbabant cum Jesu. Marci 2. 15. Magnò mox convivio in domo sua instructò, cum Christum ipsum, tum cæteros omnes familiaritate conjunctos, benignè ad illud invitat. Facit id autem; nè ipse solus beneficium accipiat; sed reliqui omnes, qui ad epulum vocati venerant. Victor Antioch, ad c. 2. Marci.

Jesus divertit ad unum Publicanum, & peccatorem; & multos ex uno trahit, & ad se venire invitat; incentivum cunctis tribuens veniendi. Recipit ad verbum, recipit ad discubitum: sed nec mirum, si eos venatur ad regnum æternum. Sim. Cass. l. 9. c. 17.

Per corporale convivium, quod Christo Matthæus exhibuit, mysticè intelligitur spirituale convivium, quod ei in anima sua paravit, præbendo delicias cordis per hoc; quòd eum in anima totò recepit affectu, aperiens ei ostium mentis; de quo convivio ait Salvator Prov. 8. 31. *delicia mea, esse cum filiis hominum.* Et Apoc. 3. 20. *ecce sto ad ostium.* Sed

&, dum exemplò Matthæi graves transgressores convertuntur, & corriguntur; facit Matthæus Christo solenne convivium, Dion. Carthuf. in Matth. 9. 9.

Zacharias.

Et Zacharias pater ejus repletus est Spiritu S. & prophetavit. Luc. 1. 67. Vide, quàm bonus Deus, & facilis indulgere peccatis. Non solum ablata restituit, sed etiam non sperata concedit. Nemo ergo diffidat; nemo veterum confcius delictorum præmia divina desperet: novit Dominus mutare sententiam, si tu noveris emendare delictum. S. Ambros. l. 2. in Luc. de resolutione linguæ Zachariæ.

Magdalena.

Arcum meum ponam in nubibus cæli. Gen. 9. 13. Materia arcus, nubes aquosa, radiis solis percussa. Nubes aquosa Maria lacrymosa: sol Christus, radius gratia Christi: quæ nubem aquosam percussit, cum Mariæ lacrymanti gratiam infudit. Color cæruleus, ejus humilitas; rubrus charitas. Brachiorum usque ad terram extensio est magna, quam habet ad peccatores, misericordia. Est enim ipsa, sancta interventrix peccatorum; & adjutrix eorum: didicit enim ex experientia peccatorum misereri. Est autem illa signum fœderis inter Christum, & peccatorem; benignæ receptionis, familiaritatis, defensionis, remissionis &c. S. Thom. Aqu. in festo S. Magdalene. Arcus fit ex repercussione radiorum solis in nube aquosa. Nubes fuit Magdalena, peccatorum scilicet multitudine obscura. Aquosa fuit, quando lacrymis pedes Domini lavit. Radiis solis fuit repercussa, id est, gratiâ Dei resperâ, & sic facta est arcus bicolor: igneus, per gratiæ repercussionem; aqueus, per lacrymarum effusionem. Et sic ponitur in nubibus cæli, id est, inter Sanctos: ut sit fœdus inter nos, & Deum. Quis igitur jam valeat desperare, qui videat arcum istum: cum peccatrix tam ignominiosa, effecta est inter Sanctos tam gloriosa. Hugo. Card. hic.

Moab olla speci meæ. Pl. 59. 10. id est, magni peccatores, qui veniam habuerunt, mihi præstant fiduciam. Et posset esse thema de B. Magdalena, quæ fuit olla Moab: erat olla intus ardens, & extrâ sordens. Hugo Card. hic.

Dabo ei - vallem Achôr ad aperiendam spem. Ol. 2. 15. Magnam possunt spem habere omnes homines; quando vident, tantam peccatricem ad tantam gratiam, & gloriam, pervenisse. In valle, ad quam confluunt sordes, significatur B. Magdalena secundum statum peccati: per Achôr, quod interpretatur *turbatio*, significatur status ejus, secundum quod per poenitentiam turbata est. Et hæc data nobis est ad aperiendam spem: ut, si peccatores simus, non desperemus: si justî, confidenter speremus: quia, qui tantam peccatricem salvavit, & nos non repellat à salute. Hugo Card. hic.

Unguentò ungebat. Luc. 7. 38. Quid per hoc vas, nisi Magdalene lapideum, id est, firmissimum cor, candidum per propositum innocentis vitæ. Hoc alabastrum, Luc. 7. 37. plenum

plenum erat unguentō amarissimæ poenitentiae, & mœroris.-- Tu speculum peccatorum, tu gaudium Angelorum, tu poenitentiae forma, tu Apostolorum Apostola, tu divini amoris fornax &c. S. Bernardinus t. 2. f. 46.

Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei. Joan. 11. Permissus est Lazarus amicus mori, non ad mortem, sed pro gloria DEI. Oportebat nihilominus quempiam electorum spiritualiter mori itidem pro gloria Dei: ut scilicet per conversionem ejus glorificaretur Filius Dei; dimittendo illi peccata multa. Permissa est itaque hæc mulier, dilecti Lazari soror, mori in peccatis, & esse famosa peccatrix; non ad mortem, sive ad interitum æternum; sed pro gloria Dei, pro testimonio iusti, & justificantis nos Dei, & hominis, Jesu Christi Filii Dei, S. Rupertus de op. Sp. S. l. 2. c. 28.

Beatus, qui habet partem in resurrectione prima. Apoc. 20. 6. Illa est, quam Dominus annuntians Judæis, *avien, amen*, inquit Joan. 5. 25. *quia venit hora, & nunc est; quando mortui, audient vocem Filii Dei: & qui audierint, vivent.* Hac resurrectione mulier hæc prima omnium respiravit: quia cum esset *in civitate peccatrix*, foetior malæ famæ putribus, quam fuerat frater suus Lazarus corpore quadriduanus; audivit in monumento malæ consuetudinis vocem Filii Dei: & quia audivit; protinus exivit. Secunda resurrectio corporum est. S. Rupertus l. 14. in Joan. 20.

Petrus.

Tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Luc. 22. 32. Nolo Joannem adeas, liliō coronatum; Thomam consequere, Oliva l. i. Strom. § Tu aliquando conversus. Theophylactus: tu Petre conversus bonum exemplum eris omnibus; ut nullus Credentium, in te respiciens, desperet: qui, cum Apostolus fueris, & negaveris; iterum tamen reeeperis primum omnium, & præfecturam orbis per poenitentiam. S. Ambrosius in Pl. 30. & V. Beda: infirmiores fratres exemplō tuæ poenitentiae, ne de venia fortè desperent: confortare mentem.

Latro.

In amplitudine sinūs sui mater charitas prodigos suscipit revertentes, Ipse Dominus noster derelictorum personam gerens in cruce, se queritur derelictum. Et ne desperarent, etiam in ultimis constituti, festinans in adiutorium illicō adest latroni: & re in certo positā non differt beneficium; sed repenti indulgentiæ cæteris documentum ejusdem statuit ad exemplum, latroni inquam: *hodie mecum eris in paradiso.* S. Cyprianus de cœna Dam.

O quanta latronis fiducia! omnis mali, nullius boni, conscius sibi, transgressor legis; vitæ simul, & substantiæ, raptor alienæ; postus in

januis mortis, in fine vitæ, desperatus de vitæ præsentis; spem vitæ futuræ, quam toties demeruerat, nunquamque meruerat concipere, eam requirere non formidat. Quis hic desperet, latrone sperante? S. Bernardus de Pass. Dom. c. 9.

Pulcherrimum affectandæ conversionis exemplum: quia tam citò latroni venia relaxatur; & uberior est gratia, quam precatio. S. Ambrosius in Luc. 23.

O verbum totius dulcedinis, & veniæ! *Pater, ignosce illis.* O verbum totius amoris, & gratiæ! *hodie mecum eris in paradiso.* Respira nunc in spem veniæ anima quantumcunque peccatrix. Si tamen patientis pro te Domini tui vestigia sequi non abhorres. S. Bonaventura. de ligno vitæ.

Heu me! ajebat diabolus: duos latrones dedit, ac unum amisit; nec amisit tantum, sed & paradisi apertus est. Annos quinque milia clausus manserat, ipsumque aperuit latro. Quis jam de salute desperaturus est? innumerabiles hic effodit parietes, in supernis latro, itemque in infernis. S. Chrysostomus orat. in sancta lumina.

Dum tantum reum benignè relaxat; dum tanto debitori refundit immanis debiti cautionem; humano generi conscripsit securitatem: ut consolatio, ac spes, fieret totius populi absolutio unius desperati; & privatam donata in publicum cresceret beneficium. S. Augustinus hom. 120. de temp.

Cum inspicio ad mala operæ mea, quæ operatus sum; si me judicare vis, secundum quod merui; certus sum de perditione mea. Cum verò respicio ad mortem tuam, quam pro redemptione peccatorum passus es; non despero de misericordia tua. Latro verò ille, qui pro suis tecum sceleribus crucifixus est, usque ad ipsius animæ singulum semper in peccatis fuit. Sed tamen in ipsa hora suæ expirationis, quia sua mala confessus est, misericordiam invenit. Cernens ergo te pro redemptione peccatorum esse mortuum; manus tuas, & pedes tuos, clavis confixos; latus tuum lanceâ militis apertum; undam sanguinis, & aquæ, de eodem tuo lare currentem; desperare debeo? S. Anselmus Medit. 7.

Nicodemus.

Hic venit ad Jesum nocte. Joan. 3. 2. Rupertus l. 3. ignoscendum est illi; & expectanda ejus lactens, & edentula fides; donec crescat, & proficiat. II. 42. 3. *calamum quassatum non conteret; & linum sumigans non extinguet.* S. Hieron. hic: calamum quassatum, sive contractum, non conteret: cunctis enim placabilis erit, & veniam dabit peccatoribus, dicens: *confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* Matth. 9. 2. *et linum sumigans non extinguet:* qui vicini erant extinctioni, Domini clementiâ servantur. S. Ambrosius in c. 23. Luc. Veni & tu, vel serò, vel nocte, vel quâcunque horâ, veneris; invenies Jesum

con-
nem,
uod,
dum
mo-
i.

non
gu-
are,
Dei:
cum
2. 5.

stis,
uod
tio-
c. de

ant.
ab
cir-
pen-
nan-
sia:
llis.
elo-
gnæ
us.

Me-
ad-
en-
in
in
or;
de
im
vit.
no-
na-
gi;
n,
ur.

ni-
n-
lis
n.
n-
e-

od
as
ui
ni-
ex
o-
e,
9.
er.
ui

sum ad suscipiendum paratum; nec minorem serius venientibus mercedem piâ largitate solventem. Nam & qui sextâ horâ venit, non est mercede fraudatus; & qui undecimâ, plenitudinem mercedis accepit. Sed & Nicodemus non se venit.

Paulus.

Emitte verbum suum, & liquefaciet ea. Pf. 147. 18. Non desperatur de crytallo, quanto minus de nive, vel nebulâ. Audi vocem quandam crytalli, qui prius fuit blasphemus 1. Tim. 1. 13. *persecutor, & blasphemus.* Sed quare solvit crytallum Deus? nê de se nix ipsa desperet. *Trabe me post te; curremus.* Cant. 1. 3. Cur non dixit, trahere nos post te, curremus? Omnes enim egent excitante gratiâ: ipsâ solâ attrahitur; & omnes excitantur ad cursum, exemplô unius exitata. Arcones ibi,

Apprehende branchiam ejus, & trahere eum ad te. Tobia 6. 2. 4. Radulphus Flav. l. 4. in Levit. c. 4. piscis ille immanis quilibet servus persecutor intelligitur; qui Christi membra, pedes suos lavantia, id est, operum fordes ablucantia, ad pravitate suâ consortium trahere conatur. Talis erat blasphemus ille; cui de caelo clamatum est: *Saule! Saule! quid me persequeris?* Act. 9. 4. Hunt Tobias ab aquis suis extraxit: quia Christus gratiâ suâ à carnali conversatione eum separavit. Extrahit aurem palpitare cœpit: quia, cœlesti illa voce audita, ipse cordis contriti sacrificium Deo offerebat dicens: *ego sum minimus Apostolorum &c.* 1. Cor. 15. 9. Hujus cordis particulam, quisquis à damone oppressus, sibi assumpsit; imponat illam prunis ardentibus; & pessimum in vasorem fumô ejus exturbare valebit. Si enim peccati pondere pressus, & inimici laqueis irretitus, humilitatem hujus quondam savi persecutoris, & cordis contritionem, ipse quodque, ardentibus intus astuans cogitationibus, imitari potueris; virtutem summi filius inimicus experietur: quia compunctionis tuæ mœnore, & poenitentia amaritudine, fugabitur. Arcones ibi.

Ideo misericordiam consecutus sum; ut in me primo ostenderet Christus Jesus omnem patientiam ad informationem eorum, qui credituri sunt &c. 1. Tim. 1. 16. Anselmus in Paulum: ut nemo jam desperare posset, remitti sibi quæcunque peccata; cum ego tantorum scelerum indulgentiam accepissem: sed unusquisque peccatur sibi diceret: si Saulus Sanctus est, ego quare despero? si à tanto Medico tam desperatus æger sanatus est; ego vulneribus meis illas manus non optabo? ad illas manus non festinabo? Ut hæc dicerent homines, ideo Saulus de persecutore factus est Apostolus. - - Cum venit Medicus, volens sibi famam comparare, infirmum querit sibi aliquem desperatum, & ipsum sanat. Et si pauperrimum inveniat, non ibi querit mercedem, sed commendat artem. Itâ & Christus potentiam specialis medicinæ spiritualis suæ ostendit in Saulo: ut omnes deinceps nossent, eum sanare posse cunctas infirmitates omnium onfugientium ad se. Apud Arcones in II. 2. 4. Disc. 3.

Multos ab hac radice ramos prodisse videmus. Conversus Paulus, conversionis Minister factus est universo Mundo. S. Bernardus l. 1. in Conv. S. Pauli.

Cadit miles diaboli, ut furgat signifer Christi. S. August. f. de S. Paulo.

Qualis erat carbo Apostolus, qui prius fuit blasphemus, & persecutor. 1. Tim. 1. 13. & injuriosus, niger, & extinctus. Misericordiam verò consecutus accensus est de caelo: vox Christi accendit illum; perit in eo tota nigredo, cœpit fervens spiritu, quô accendebatur, accendere. S. August. in Pf. 119.

Num. 3.

Plures alii.

Cum cœpisset rationem ponere; oblatas est unus, qui debebat decem milia talenta. Matth. 18. 24. Querit Eucherius Emiss. f. in D. 22. Pent. quare cum hoc prius Dominus rationem ponere voluit? Respondet: omnes enim numeri in hoc numero continentur: cum enim usque ad decem numeramus, nisi iterum ab uno incipiamus, nihil habemus, quod dicamus: hoc igitur debitô majus debitum non est, q. d. eô numero adumbratam summam malitiam, ad quam homo, offendendo Deum, evadere in hac vita possit. Sed cur hunc præ reliquis introduxit? Respondet Eusebius: ut hujus exemplô ceteri intelligerent; quantam spem habere potuissent. Did. Niss. de Convert. lat. §. 3.

Quanti mercenarii Abundant panibus, Luc. 15. 17. in domo largissimi, ac benignissimi Patris nostri! Quanti feliciter peccatoribus conversis ipse pepercit, & mensam suâ bonitatis apposuit! quot miseris misericordiam receperunt! quot profugi, cum reversi fuerint, recepti. Sim. Cass. l. 8. c. 40.

Erat autem Philippus à Bethsaida, civitate Andrea, & Petri. Joan. 1. 44. Hoc opus divinam maxime commendat gratiam: quod de civitate peccatrice tres isti vocati sunt, magni Patres iustorum, atque credentium; Bethsaida namque peccatrix erat civitas in tantum; ut & illi Dominus exprobraret: *ve tibi Corozain! ve tibi Bethsaida!* Matth. 11. 21. S. Rupertus l. 2. in Joan. 1.

Quætere misericordiae fontem debuimus, etiam si clausus esset. Patet; & negligimus. Mitamus oculos fidei in Mundum universum; consideremus, quanti peccatores diebus, ac noctibus, per lamenta, in hoc fonte misericordiae lavantur; quanti post tenebras ad lucem; quanti post maculas ad munditiam redeunt. S. Gregor. hom. 20. in Ezech. in fine.

Ecce, plasmator meus, multa rogavi, cum nec pauca promerui. Fateor, heu! fateor; non solum, quæ postulo, non debentur dona; sed multa, & exquisita, supplicia. Animant tamen me Publicani, meretrices, & latrones; qui, è faucibus hostis momentaneè eruti, sinibus excipiuntur Pastoris. Tu enim factor omnium Deus; licet in universis operibus tuis sis mirabilis;

mirabilis; mirabilior tamen esse crederis in operibus pietatis. Unde de temetipso per quendam seruum tuum dixisti: *miserationes ejus super omnia opera ejus.* Psal. 144. 9. August. lib. medit. c. 2.

Quis sibi esse clausum regnum caelorum putet, qui cognoscit Publicanos, & meretrices, imitatos esse Filium Dei? S. August. l. de agone Christiano c. 11.

Si Publicanus es; potes fieri Evangelista: si blasphemus es; potes fieri Apostolus: si latro es; poteris Paradisi colonus effici: si magus es; poteris Dominum adorare. Nec est ulla malitia, quae poenitentia non solvatur. S. Chrysof. hom. 14. in Matth. 9.

Ob hanc utilitatem scribuntur Sanctorum ruinae, & reparationes; ut spem faciant salutis humanae. S. Isidorus Hispal. 2. sent. c. 11.

§. VI.

Speranda venia, & Salutis, alia motiva.

Ex Veteri, & Novo.

Ad meipsum anima mea conturbata est; propterea memor ero tui de terra Jordanis. Psal. 41. 7. Tristatur peccator ob sua scelera; utque se soletur, Jordanis meminit, diei scilicet baptismi sui. q.d. si ignovit, & abluit me in baptismo non cupientem ablu; & nescientem, quid agerem: an abjiciet me, tot gemitibus parantem illi aquam, qua me lavet? Oliva t. 2. Strom. §. Ad meipsum &c.

Factus est Dominus quasi inimicus; precipitavit Israel. Thren. 2. 5. Solam umbram, & imaginem, inimici sumpsit. S. Paschal. l. 2. mira dispensatione temperat sententiam severitatis; dum quasi, & non ex toto, inimicus dicitur: quia, etsi videatur civitatem dimittere in manibus hostium, & affligere aliquoties, in tantum, ut poenitus desinita credatur: non de crudelitate inimicitarum forte venit; sed de providentia pietatis: ut ad eum flagellata redeat.

Sic locuti estis, dicentes: iniquitatis nostrae super nos sunt, & in ipsis nos tabescimus; quomodo ergo vivere poterimus? Ezech. 33. 10. S. August. l. 18. de temp. o homo, quicumque illam peccatorum multitudinem attendis; cur & omnipotentiam caelestis Medici non attendis?

Verum tamen germen radicem ejus in terra finite. Dan. 4. 12. Cur & radices non jubet evelli? Non est ea ira Dei, quae radicibus destruit: percutit, succidit, confodit; verum radices relinquit: ex quibus, dum in hac terra sumus, possint per poenitentiam damna reparari. Richardus a S. Vict. l. 2. de erud. inter hom. p. 1. c. 24. jubet germen radicem ejus in terra finire; unde possit iterum reparari, & ad pristinam plenitudinem reformari. Baeza tom. 3. l. 15. c. 2. §. 4.

Si sciret pater familias; quia hora fur venturus esset. Matth. 24. 43. Non metuitur ab hoc fure everso, sed effossio domus: nam Deus, etiam iratus, non solet extremam perditionem inducere. Id ib.

Erat ejiciens daemones, & illud erat matrum. Luc. 11. 14. Ponitur ante Christum Polyanth. Sacra. Tom. II.

homo daemoniacus, coecus, mutus, &, ut quidam dicunt, etiam surdus. Solent peritissimi Medici optare ab aliis desperatos infirmos; ut in eorum curatione ipsi maxime glorificentur. Solent strenui Duces desiderare adversariorum fortitudinem; ut ea ratione se fortissimos ostendant; cum eos superaverint. Solet sapientissimus Doctor argumenta adversariorum fortia optare: ut in eorum solutione peritissimum se ostendat. Si magnis peccatis teneris, accede ad Christum: hoc est, Medicum honorare, ab eo sperare salutem. Oforius Dom. 3. Quad.

In domo Patris mei mansiones multae sunt. Joan. 14. 2. Sed Matth. 22. 14. *multi sunt vocati, pauci electi.* Quare S. Hilarius: si pauci sunt electi, cur multae mansiones? Ut in mansionum abundantia spes omnium augeatur; agnoscentes, Deum velle omnes homines salvos fieri. Paoletti Dom. 2. Pasch.

Ex Patribus, & aliis.

Sed metus est, ne Judex severior sit. Considera, quem Judicem habeas: nempe Christo dedit Pater omne iudicium. Poterit te ergo ille damnare, qui redemit a morte, pro quo se obtulit, cujus vitam suae mortis mercedem esse cognoscit? Nonne dicit: *qua utilitas in sanguine meo;* si damno, quem ipse salvavi? S. Ambros. l. 1. de Jacob, & vita beata c. 6.

Qui nos tanto pretio redemit, non vult perire, quos emit: non emit, quos perdat; sed emit, quos vivificet. S. August. l. 1. fer. 3. post Dom. Pass.

Cum Deus velit misereri, quia bonus est; & possit, quia omnipotens est: ipse contra se divinae bonitatis janua claudit; qui Deum sibi misereri, aut nolle, aut non posse, credit. S. August. l. 18. de temp.

Noli mihi dicere, perii; quid mihi restat? Noli dicere, peccavi, quid faciam? Medicum habes, qui morbum potest vincere: medicum habes, qui sanat omnem languorem: Medicum habes, qui potest, & vult, sanare. S. Chrysof. de Chananæa.

Vide plura Bonitas. Misericordia. Salus.

§. VII.

Contra desperationem motiva.

Ex Veteri.

Stans super eum, occidi illum: sciebam enim, quod vivere non poterat post ruinam. 2. Reg. 1. 10. Hinc miserum occisorem Saulis mox interfecit David: quia debuerat percusso regi suam prius prestare diligentiam; ut illum a morte eriperet; quam desperasse de remedio, dicens: *sciebam, quod vivere non posset.* Nunquam desperandum de peccatoris vita; dum licet aliquam adhibere diligentiam, ut vivat. S. Cyprianus l. de coena Domini in eodem articulo temporis, cum jam anima festinat ad exitum; & egrediens ad labia spirantis emerferit; poenitentiam clementissima Dei benignitas non aspernatur; nec serum est, quod verum & quaecunque necessitas cogat ad poenitudinem; nec quantitas criminis, nec brevis temporis,

§§§

61

con-
nem,
uod,
dum
mo-
r.
non
gu-
are,
Dei:
cum
2. 5.

stis,
uod
tio-
c. de

ant.
ab
cir-
pen-
nan-
tia:
llis.
elo-
gnæ
tus.

Me-
ad-
en-
in
in
or;
de
im
vi-
uit.
to-
na-
gi;
n,
ur.

ni-
n-
lis
n.
n-
e-

od
as
ui
ni-
ex
o-
e,
9.
er.
ui